



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Imperium Moschouticum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

aut si desit ad affines; si hi quoque defuerint eum optimates eligunt. Non transeunt bona ad filios, nisi cum licentiâ Principis. Confiliarios habet duodecim, sed mutantur ad arbitrium Ducis. Seuerissimi sunt in iudiciis suis, ius tamen auro venditur: fur in rotâ frangitur, sacrilegi palo infiguntur, proditoribus rescinditur caput. Reditus Principis ante annos 20. erat 22. Millionum, eius Gaza pulcherrima in quâ aurum, gemmæ, &c. ferè ad 300. currus. Non licet hinc aurum efferre, aut argentum, sed tantum merces. Duos habet portus nobilissimos ex quibus multum sibi pecuniæ conficit, S. Nicolai ad sinum Granduicum, & Astrachan ad mare Caspium. Intra dies quadraginta trecenta equitum millia, ceterum peditum conscribere potest. Certè ad bellum numquam progreditur nisi cum hoc numero, si aliquid desit tandiu expectat donec impleatur. Nobiles gratis militant, alij tenue stipendium accipiunt, numquam pugnant nisi numero superiores: exercitus in 5. partes, ut apud nos in tres distribuitur. Fortissimè tuentur vrbes, in aperto campo ignauissimè præliantur: si vincuntur verberantur flagellis Duces.

IMPERIVM MOSCHOVITICVM.

MOS-	OCCI-	D V C A -	T V S	X I I I .	}	Moschouia. Volodimitia.
						Nouogardia inferior.
CHO-	DEN-	X I I I .	}	}	Rhezania. Vorotinia.	
					Reschouia. Tuueria.	
V I A	T A L I S	P R I N C I -	P A T V S I I I .	}	}	Bieleizero. Iaroslauia.
						Rostouia. Sufdalia.
V I A	O -	P R O V I N -	C I Æ I V .	}	}	Duo decerpti { Seueriensis.
						Smolefscensis.
V I A	R I E N -	P R O V I N -	C I Æ V I .	}	}	Bielkia. Pskouia,
						Nouogardia magna.
V I A	T A L I S	P R O V I N -	C I Æ V I .	}	}	Vologda. Cargapolia.
						Duina. Corella.
V I A	T A L I S	P O P V L I	D V O .	}	}	Vstiuga. Viatka.
						Permia. Iugra.
V I A	T A L I S	P O P V L I	D V O .	}	}	Petzora. Condora.
						Ceremissi.
V I A	T A L I S	P O P V L I	D V O .	}	}	Mordua.

DE MOCHONIA



TARTARIA	PROVIN- C I Æ IV.	{ Obdora. Siberia. Lucomoria. Loppia.
MOS- CHOVI- TICA	POPULI III. REGNA III.	{ Samoiedæ. Tingoëfi. Negais, NAGAIA. Cafanum. Bulgaria. Astrachanum.
LAPONIA feu LEPORIA		{ Mouremanskoy. Terskoy. Bellamoreskoy.

CAPVT II.

Moschouia descriptio Geographica.§. I. *Moscouia Occidentalis Ducatus.*

DVCA- TVS	}	MOSCHOVIA: <i>Moschou</i> , totius Imperij caput ad Fl. Moschuam <i>Mosqui</i> , vbi recipit Iayusam, amplissima ciuitas, vbi domus lignæ, viæ non strata, quare omnes valde lutulentæ. Hortos habet ingentes, sicut & Principis Palatium. A Tartaris Precopensibus præcedente sæculo deflagrauit. Hic numquam pestis, sed eius loco morbus quem <i>Ognyo</i> , hoc est ignitum appellant.
MOS- CHO- VIEN- SIS		Troitza: <i>Troitz</i> , vbi celebre Monasterium 400. Monachorum.
Duché de Mos- chou.		Slabodia, seu Slaboda Alexandri: <i>Slabod</i> , vbi Typographia Principis.
		Mitroua: <i>Dimitroff</i> , seu <i>Dimitriouu</i> , ad Fl. <i>Tachroma</i> , vibs mercibus diues ob fluuiorum confluentias.
DVCATVS VOLODIMI- RIENSIS	}	VOLODIMIRIA: <i>Vladimir</i> , seu <i>Volodimir</i> , sita in agro fertili, olim Russiæ Metropolis, à Volodimiro Duce conditore, ad Ioannem vsque filium Da-